



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Compendiosa Praxis Beneficiaria**

**Nicolarts, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

Censura

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61991)

## Præfatio Ad Lectorem.

BRANDEN in hac, ni fallar, materia propè unico præferente, qui tamen nimiam brevitati studens, principales controversias vel omittendo, vel cursim transeundo, incidit in illud: brevis esse laboro, obscurus fio. Dabis ergò veniam bone Lector, quod horis succisivis prædicta CONCORDATA Germania, quæ à plerisque ignorantur, ab aliis contemnuntur, ab aliis sinistra interpretatione depravantur, enucleatius explicare conatus sim, eaq; de re præfens compendium, usus Magistro Practico, concinnaverim, & publicæ utilitatis ergò, & præcipuè in beneficiariorum, & collatorum Ordinariorum gratiam, quibus hic libellus manuarius serviet pro forma & norma in beneficiariorum collationibus observanda, conformiter supradictis Germania CONCORDATIS, luce etiam publicâ donarim: spero siquidem hac prima praxis mea tyrocinia tibi perquam fore grata, mihi maius quid & limatius, temporis decursu in eiusmodi materia tentandi calcari additura. Intere à hisce frueri, atque ad tuam & proximi tui instructionem & salutem utere.




## Censura.

**P**Rimus admodum Reverendi & eximii D. *Laurentii Nicolartsi*, in antiquissima Pontificia Vbiorum ad Rhenum Univerſitate Sacræ Theologiæ promoti Doctoris, Prothonotarii Apostolici, atque insignis Ecclesiæ Collegiæ S. Iohannis Evangelistæ Leodiensis Canonici Capitularis &c. *praxis beneficiaria*, ex Germaniæ, Poloniæ, Galliæ, aliisq; Concordatis, accuratâ lucubratione formatus & limatus fœtus, is est, qui nil à bonis moribus, fide Romano-Catholica Apostolica devians complectitur; ast maioris conaminis, & ingenii ad maiora nati non obscurus prodromus; proin eundem dignum iudico, qui in totius Germaniæ, quin Ecclesiæ

## Censuræ

clesiæ utilitatem, comprimis tamen eorum, qui solidam praxi  
beneficiariæ, ad evitandum plurimas in iisdem exorbitantias, no-  
titiam sectantur, commodum & directionem, typo divulgetur.  
Colonix Agrippinæ, 9. Novembris 1657.

LAURENTIUS PELLIONIS  
SS. Theol. Doctor, Aedis Metro-  
litana Coloniensis Canonicus Capitularis  
Presbyter, SS. Apostolorum Pastor, M. P.



## ALTE R A.

**L**iber inscriptus: *Compendiosa praxis beneficiaria* ab Admodum  
Reverendo & eximio Domino *Laurentio Nicolart*, SS. Theo-  
logiæ Doctore Profundissimo, Insignis Collegiæ Ecclesiæ  
Leodiensis ad S. Ioannem Evangelistam Canonico Capitulari sci-  
tè compositus, non modò nihil ab orthodoxa fide, honestisq; mo-  
ribus alienum complectitur, sed etiam præter complura alia in-  
signia documenta, eruditissimè perspicuâ quâdam Concordatorum  
Germaniæ, Galliæ, & Poloniæ cum Sede Apostolica initorum, uti  
& Privilegiorum Leodiensi Clero ab eadem Sede concessorum e-  
lucidatione, in diversis authenticis Summorum Pontificum Con-  
stitutionibus, Cæsareis Edictis, Eminentissimorum DD. Cardina-  
lium Declarationibus, Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus, soli-  
disq; Probatorum Theologorum & Canonistarum sententiis fun-  
data